



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 813. Usque Ad Annum 859

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117867

§. 37. Alii Martyres.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66103](#)

Sæculum IX. rum Historia continetur. Alteri Operi
A. C. 857. Titulus est: *Apologeticus*, & in fine ni-
 hilominus refertur Historia duorum Mar-
 tyrum, qui postquam hoc opus scribere
 incepisset, passi sunt.

§. XXXVII.

Alii Martyres.

Illorum Martyrum primus est Rudericus
 Presbyter, progenitus in quodam Vi-
 co Egabrensi, Sacris litteris Cordubæ im-
 butus, & ad gradum Sacerdotalem pro-
 motus. Erant ei duo fratres, quorum
 cum alter ad impietatem Musulmanno-
 rum defecisset, frequentissime cum ter-
 tio, qui in Religione Christiana perseve-
 rabat, rixabatur. Quadam nocte furio-
 se jurgantes quærebat Rudericus suo hor-
 tatu reconciliare, verum ecce, illi cœca
 indignatione accensi in fratrem irruunt,
 & crudelem in modum verberibus affe-
 ctum relinquunt pæne exanimem. Ru-
 dericus ut membra confracta reficeret,
 lectulo se imposuit; at frater Musulman-
 nus languentem in feretrum attolli ju-
 bet, & per vicinam regionem circumfer-
 ri. Comitabatur ipse dicens: *En fra-
 trem meum, qui Dei gratia compunctus
 veritatem agnovit, & quamvis esset Chri-
 stianorum Presbyter nostram Religionem
 amplexus est. Itaque, sicut cernitis, jam
 in ultimis agens noluit prius e mundo di-
 scedere,*

cedere, quam notum id vobis fieret. Post Sæculum IX.
 non nullos vero dies Rudericus Presby- A. C. 857.
 ter receptis viribus, cum alii retulissent,
 quid frater ejus Apostata fecisset, ex ejus
 domo ruri posita in aliud locum se con-
 tulit. Porro Persecutio tunc Cordubæ
 erat adeo violenta, ut quarundam Ec-
 clesiarum turres, ex quibus campanæ pen-
 debant, a Mahometanis solo æquatæ fue-
 rint. Igitur dum Rudericus ob rei fa-
 miliaris necessitatem ex interiore mon-
 te Cordubensi, ubi latebat, ad nundinas
 descendisset, occurrens ei frater Apo-
 stata comprehendit fratrem Presbyte-
 rum, & ad Judicem raptat, accusans,
 quod a Religione Mahometis defecisset.
 Ille respondit; nunquam se Sectæ Ma-
 metanae nomen dedisse, & non solum
 Christianum, sed etiam Sacerdotem esse.
 Judex blanditiis frustra tentatum in er-
 gaſtulum compingi jubet.

Rudericus in illo carcere invenit
 quemdam nomine Salomonem, qui, ali-
 quando in Apostasiam lapsus, iterum ad
 sinum Ecclesiæ redierat. Hi duo brevi
 arctissimo amicitiæ nexu juncti in jeju-
 niis & orationibus sese ad palmam Mar-
 tyrii comparabant; quod ubi Judici re-
 latum, eos in diversa abstrahi jussit, pro-
 hibuitque ne cuiquam hominum eis col-
 loqui liceret. Tandem postquam ter ad
 se vocatos a sententia dimovere non po-

S. § tuisset,

Sæculum IX. tuisset, in Fide constantes capit is dam-
 A. C. 858. navit. Duncuntur ergo, in ripa fluvii
 plectendi, signo Crucis ad ultimam lu-
 ctam se muniunt, & prior Rudericus per-
 cutitur. Amborum corpora exposita, &
 deinde sicut ceterorum Martyrum in flu-
 vium projecta. Eulogius Presbyter co-
 rum beatam mortem a rumore publico
 edocet, Missa celebrata, ad spectanda
 Martyrum corpora exiit, vidiisque quos-
 dam Infideles, e flumine lapillos, qui
 Martyrum sanguine aspersi erant, sume-
 re, & eos aqua abluentes in fumen rur-
 sus projicere, ne a Christianis tanquam
 Reliquæ conservarentur. Passi sunt au-

Martyr. R. tem 13. Martii, Æra 895. anno Salutis
13. Mart. 857. qua die etiam ipsorum memoria ab
 Ecclesia colitur. Corpus S. Ruderici
 post spatum trium Septimanarum inven-
 tum & ab Episcopo Cordubensi in Mo-
 nasterio S. Genesii in Vico, qui *Tertios*
 dicebatur, conditum, at corpus S. Sa-
 lomonis in Vico *Colubris* in Ecclesia SS.
 Cosmæ & Damiani sepulturæ datum.

§. XXXVIII.

Benedicti Obitus. Nicolaus I. Papa.

Anast. in Ben. Papebr. Cum Benedictus III. Papa non plus duo-
 bus annis & dimidio in Cathedra Pe-
 tri sedisset, obiit decima Martii anno 858.
 Una Ordinatione mense Decembri crea-
 vit Presbyteros quinque, Diaconum
 unum,